UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum aliqua virtus causetur in nobis ex assuetudine operum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

rationes procedunt ſecundum quod ſeminaria uirtutum inſunt nobis a natura, inquantum rationales ſumus. Tertia uerò ratio ꝓcedit ſecundum quod ex naturali diſpoſitione corporis, quam habet ex natiuitate, unus habet aptitudinem ad miſerendum, alius ad temperate uiuendum, alius ad aliam uirtutem.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliqua uirtus cauſetur in nobis ex aſſuetudine operum.

AD SECVNDVM ſic procedit. **B** Videtur, quòd uirtutes in nobis cāri non poſſint ex aſſuetudine operum, quia ſuper illud Rom.14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, dicit gl. Aug.* Omnis īfidelium uita peccatum eſt, & nihil eſt bonum ſine ſummo bono, ubi deeſt cognitio ueritatis, falſa eſt uirtus etiā in optimis moribus: ſed fides non pōt acq̄ri ex operibus: ſed cātur in nobis a Deo, ſecundum illud Ephe. 2. Gratia eſtis ſaluati per fidem. ergo nulla uirtus poteſt in nobis acquiri ex aſſuetudine operum.

¶2 Præterea. Peccatum cum contrarietur uirtuti, non compatitur ſecum uirtutem: ſed homo non poteſt uitare peccatum niſi ꝑ gratiam Dei, ſecundum illud Sapiē.8. Didici, ꝙ non poſſum eſſe aliter continens, niſi Deus dederit. ergo nec uirtutes aliquę poſſunt in nobis cauſari ex aſſuetudine operū, ſed ſolum dono Dei.

¶3 Præterea. Actus qui ſunt ſine uirtute, deficiunt a perfectione uirtutis: ſed effectus non poteſt eſſe perfectior cauſa. ergo uirtus non poteſt cauſari ex actibus pręcedentibus uirtutem.

SED CONTRA eſt, quod Dio.* dicit 4.c. de Di.no. quod bonum eſt uirtuoſius quam malum; ſed ex malis actibus cauſantur habitus uitiorum. ergo multo magis ex bonis actibus poſſunt cauſari habitus uirtutum.

RESPON. Dicendum, ꝙ de generatoine habituum ex actibꝰ in generali* ſupra dictū eſt, nūc aūt ſpecialiter q̄tum ad uirtutē conſiderādum eſt, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, uirtus hoīs perficit ipſum ad bonū: cum aūt rō boni conſiſtat in mō, ſpecie, & ordine, ut* Aug. dicit in li. de Natura boni, ſiue in numero, pondere, & menſura, ut dr̄ Sapi.11. oportet, quod bonum hoīs ſecūdum aliquam regulam conſideretur, quę quidem eſt duplex, ut* ſupra dictum eſt, ſcilicet ratio humana, & lex diuina. Et **A** quia lex diuina eſt ſuperior regula, ideo ad plura ſe extendit: ita ꝙ quicquid regulatur ratione humana, regulatur etiam lege diuina, ſed non conuertitur. Virtus igitur hominis ordinata ad bonum, quod modificatur ſecundū regulā rōnis humanæ, poteſt ex actib. humanis cauſari, inquātum huiuſmodi actus procedunt à rōne, ſub cuius poteſtate & regula tale bonum conſiſtit. Virtus uerò ordinans hominem ad bonum, ſecundum quod modificatur per legem diuinam, & non per rationem **B** humanam, non poteſt cauſari per actus humanos, quorum principium eſt rō, ſed cauſatur ſolum in nobis per operationem diuinam. & ideo hmōi uirtutē diffiniens * Aug. poſuit in diffinitione uirtutis: Quā Deus in nobis, ſine nobis operatur. Et de hmōi ēt uirtute prima ratio procedit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ uirtus diuinitus infuſa, maxime ſi in ſua perfectione conſideretur, non compatitur ſecum aliquod peccatum mortale; ſed uirtus humanitus acquiſita poteſt ſecum **C** compati aliquem actum peccati, etiam mortalis: quia uſus habitus in nobis eſt noſtrę uoluntati ſubiectus, ut* ſupra dictum eſt. Non autem per unum actum peccati corrumpitur habitus uirtutis acquiſitæ: habitui.n. nō cōtrariatur directe actus, ſed habitus. & ideo licet ſine gratia homo non poſſit peccatū mortale uitare, ita ꝙ nunquàm peccet mortaliter, nō tamē impeditur quin poſſit habitū uirtutis acquirere, ꝑ quam à **D** malis operib. abſtineat, ut in pluribus, & p̄cipue ab his quæ ſunt ualde rōni contraria. Sunt ēt quædā peccata mortalia, quę homo ſine gratia nullo modo poteſt uitare, quæ ſcilicet directe opponuntur uirtutibus theologicis, quæ ex dono gratię ſunt in nobis: hoc tamen infra manifeſtius fiet.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ſicut* dictum eſt, Virtutum acquiſitarū præexiſtunt in nobis quę**E**dam ſemina, ſiue principia ſecundum naturā, quæ quidem principia ſunt nobiliora uirtutib. eorū uirtute acquiſitis: ſicut intellectꝰ principiorum ſpeculabilium eſt nobilior ſcientia concluſionū: & naturalis rectitudo rationis eſt nobilior rectificatione appetitus, q̄ fit per participationē rōnis, quę quidē rectificatio pertinet ad uirtutem moralē. Sic igitur actus humani inquātum ꝓcedunt ex altioribus principijs, poſſunt cauſare uirtutes acquiſitas humanas.

¶ *Super quæſt. ſexageſimatertia articulum ſecundum.*

IN ar. 2. eiuſdem q.63. aduerte, ꝙ licet prima facie author uideatur diminutus, quia ad concluſionem uniuerſalem, ſ. de omnib. uirtutibus particularem rationem, ſ. habentē locum in practicis tantum inducit, dum ex hoc quod uirtutes humanæ ad bonum modificatum regula rationis humanæ ordinant, oſtendit eas ab actibus humanis in poteſtate rationis exiſtentibus cauſari. In practicis enim uirtutibus conſtat bonum earum regulandum humana ratione. In ſpeculatiuis autem bonum attenditur ſecundum conformitatem ad rem, quia bonum earum eſt uerum, quod conſtat ab eo quod res eſt uel non eſt pendere; & ſic medium non uidetur adæquare concluſionem. Licet inquam ſic appareat, profundius tamen ſi ſpeculati fuerimus, inueniemus medium adæquare concluſionem. Nam ſcientiæ actus in quo eius bonitas conſiſtit, examinatur a ratione humana in principijs, & actus intellectus principiorum a principio humanæ rationis etiam quod uocatur lumē intellectus agentis, in quo eſt ſtatus. Et ſicut actus cognoſcēdi uerum dependet a duobus, ſcilicet a cognoſcente, & cognito, ita non inconuenit habere duas menſuras, alteram hinc, alteram inde. Rurſus quia ratio ueri, ut patet in quarto Meta. conſiſtit in ens eſſe, & non ens non eſſe, & hoc niſi in dicere, accipere, cognoſcere &c. inuenitur, conſequens eſt ut uerum ipſum in uno quoque dicente, accipiente, cognoſcente ſecundum proprii luminis facultatem dicatur, accipiatur, ſeu cognoſcatur. Et ſic ex parte dicentis, ſeu ſcienis, a propria ratione menſuretur. Et quoniam nunc eſt quæſtio de cauſa uirtutum ex parte habentis ipſas, quoniam eſt quęſtio, an ex propriis habentis actibus generentur, ideo author ſuppoſitis dependentiis actuum ab obiectis, & commenſurationibus eorum ab illis, ex hoc quòd ſunt ad bonum habentis, & conſequenter in aliquali numero, pondere, & menſura ipſius habentis, poſuit principium earum ex parte noſtri habere rationem regulæ numerantis, ponderantis, & commenſurantis; ut ex hoc diſcerneremus quæ poſſunt ex noſtris actibus in nobis cauſari uirtutes, & quæ non. Virtutes enim ut ſic, rationem boni rationalis habent, principium autem rationalis boni ut ſic, regula eſt: in ſequenti tamen quæſtione amplior erit de hoc ſermo.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli pro nunc tātūmodo nota, quòd dupliciter author ſaluat, quomodo ſtant hęc duo ſimul, Homo non poteſt uitare peccatū mortale ſine gratia. &, Homo poteſt habere uirtutes ex aſſuetudine operum ſuorū. primò quia actus peccati mortalis ſtat cum uirtute acquiſita, & hoc quo ad actus uitiorum contrariorum uirtutibus acquiſitis. Secundò, quia ſunt aliqua peccata mortalia alterius ordinis a uitiis contrariis uirtutibus acquiſitis, ea ſcilicet quæ contrariantur pręceptis de actibus uirtutū theologicarum. Ex hac enim doctrina iuncta reſponſioni ad primum, habes quid de uirtutibus infidelium ſentiendum ſit: de hoc tamen latior erit ſermo in quæſt. 65. art. 2.

¶ In reſponſione ad 3. eiuſdem articu. nota quo modo author nulli philoſophorum ſecundus, optime inuenit, in omnium genere uirtutū nobilius ſemper eſſe generās: ita quòd licet

Marginal notes: q.51.ar. 3.&in. ...a.2.co. ...91.ar. 1.& 2. ...44.q.2. ad 6. & ...33.q.1. ...2.q.2.& q.1.ar.9 ...b.ſen.q ...ex Au. ...erptę, c. ...tom.3. — ...rt.4. — ...1.ar.2.& ...q.5.a.4 — ... & 4.t.6 — ...19.ar.4. — Lib.2. de li. arb. cap. 18. & 19. tom. 1. in Pſ. 118. cō. 26. to. 8 — q.44. arti.3. in argu. ſed contra. — D.689. — Art.1. huius quæſt. & q. 51. art. 1.

licet actus præcedentes habitum uirtutis ſint ſecundum ſe imperfecti, ut tamen ex altiori oriuntur principio, generatiui ſunt uirtutis.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquæ uirtutes morales ſint in nobis per infuſionem.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd præter uirtutes theologicas non ſint aliæ uirtutes nobis infuſæ a Deo. Ea enim quę poſſunt fieri a cauſis ſecundis, non fiunt immediate à Deo, niſi forte aliquando miraculoſe; quia ut Dionyſ. dicit, Lex diuinitatis eſt ultima per media adducere: ſed uirtutes intellectuales & morales poſſunt in nobis cauſari per noſtros actus, ut * dictum eſt. non ergo conuenienter cauſantur in nobis per infuſionem.

Art. præced

¶ 2 Pręterea. In operibus Dei multo minus eſt aliquid ſuperfluum, quàm in operibus naturę: ſed ad ordinandum nos in bonum ſupernaturale ſufficiunt uirtutes theologicæ. ergo non ſunt aliæ uirtutes ſupernaturales, quas oporteat in nobis cauſari a Deo.

¶ 3 Pręte. Natura non facit per duo, quod poteſt facere per vnum, & multo minus Deus; ſed Deus inſeruit animæ noſtræ ſemina uirtutum, ut dicit glo. Heb. 1. ergo non oportet quòd alias uirtutes in nobis per infuſionem cauſet.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Sapien. octauo. Sobrietatem & iuſtitiam docet, prudentiam & uirtutem.

RESPON. Dicendum, quod oportet effectus eſſe ſuis cauſis, & principiis proportionatos. Omnes autem uirtutes tam intellectuales, quàm morales, quæ ex G noſtris actibus acquiruntur, procedunt ex quibuſdam naturalibus principiis in nobis præexiſtentibus, ut * ſupra dictum eſt, loco quorum naturalium principiorum conferuntur nobis a Deo uirtutes theologicę, quibus ordinamur ad finem ſupernaturalem, ſicut * ſupra dictum eſt. unde oportet quod his etiam uirtutibus theologicis proportionaliter reſpondeant alii habitus diuinitus cauſati in nobis, qui ſic ſe ha- H beant ad uirtutes theologicas, ſicut ſe habent uirtutes morales & intellectuales ad principia naturalia uirtutum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliquę quidem uirtutes morales & intellectuales poſſunt cauſari in nobis ex noſtris actibus, tamen illæ non ſunt proportionatæ uirtutibus theologicis, & ideo oportet alias eis proportionatas immediate a Deo cauſari.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ uirtutes theologicę ſufficiẽter nos I

¶Super quæſtionis 63. Articulum tertium.

IN articulo tertio eiuſdem quæſtio. ſexageſimætertię dubium ex Scoto in tertio ſentent. diſtinctio. trigeſimaſexta occurrit, negante has uirtutes morales infuſas, non tamen ſoluente rationem ſancti Thomæ. Mouetur autem: quia ponere ipſas nec oportet ex parte finis, quoniam finis ſupernaturalis ſufficienter habetur in anima per virtutes theologicas: nec ex parte modi, uel medii; quia fides modum dat operandi inferioribus in ordine ad Deum, & charitas ordinat ad ipſum omnia. Ex parte quoque obiecti poſſet ex ipſo Scoto argui ex 34. diſtinctio. eiuſdem tertij, ubi impugnat dona: quia quatuor uirtutes cardinales, & tres theologicæ ſi perfectiſſime habeantur, ſufficienter perficiũt animam noſtram reſpectu omnis obiecti pertinentis ad partem practicam agibilium, ut facile eſt deducere tam de obiecto naturali, quàm ſupernaturali: tam de fine ultimo, quàm de his quę ſunt ad finem. Theologicæ nanque uirtutes finem ſupernaturalem ſufficienter reſpiciunt, & ad ipſum ordinant actus ſuos, & aliarum uirtutum.

Supr. q. 51. artic. 3. & q. 55. art. 4. ad 6. & infr. q. 65. art. 2. & 3. diſt. 33. q. 6. 1. arti. 2. q. 3. & 4. diſtinc. 17. q. 6. 1 art. 8. q. 1. co. & virt. q. 1. ar. 10.

¶Sed ut omnibus liqueat, quòd iſtas uirtutes morales infuſas oporteret in anima ponere præter theologicas, ex multis capitibus oſtenditur. Primò ex ſupernaturalis perfectionis complemento: inchoatur enim in nobis ſupernaturalis perfectio per gratiam & uirtutes theologicas: & niſi conſequerentur uirtutes morales ſupernaturales, perfectio ſupernaturalis incompleta remaneret: ſicut ſi perfectio naturalis haberet tantum primas uirtutes circa finem ſcilicet, & non eas quę ſunt ad finem. Secundò ex proportione effectus ad cauſam: oportet enim cauſis naturalibus effectus naturales, & ſupernaturalibus ſupernaturales reſpondere. ergo principijs ſupernaturalibus, qualia ſunt uirtutes theologicæ, oportet aſſignare effectus ſupernaturales, quales ſunt morales, ſicut naturalibus naturales. Et hæc eſt ratio literæ: & ex hac ratione habes, quòd huic principio quod eſt charitas, non eſt proportionatus actus temperantiæ acquiſitę, ſed infuſæ. Tertiò ex parte obiecti: quia modus impoſitus in paſſionibus & operationibus ſecundum diuinam regulam, & impoſitus ſecundum humanam rationem, ſunt obiecta formaliter diſtincta: & utrunque oportet habere, & primum ad infuſas, ſecundum ad acquiſitas morales ſpectat. & hæc ratio tangitur in ſequenti articulo. Quartò ex ordine ad finem: quia infuſæ ordinant ad uitam diuinam, acquiſitę ad humanam, ut in eodem ſequenti articulo patet. Et quàmuis Sco. nullam iſtarum ſoluat, ac propterea non eſſet opus ampliori firmitate: ut tamen Scotiſtæ ex propriis ſe cognoſcãt, uide quod ſi ratio Sco. ex parte obiecti approbaretur, ſequeretur in primis, quòd nec theologicas uirtutes oportet ponere infuſas. Probatur, quia ad idem obiectũ perficiunt fides, ſpes, & charitas acquiſitæ de Deo, ad quod perficiunt infuſæ, & nihil creditur, nihil ſperatur, nihil amatur infuſis, quod nõ acquiſitis, & quacunq; ratione ſoluent hoc, ſoluemus etiã de moralib.

F infuſis, v.g. ſi dixerint, quod non æque perfecte ſit per acquiſit[...] ſicut per infuſas, ita etiam hic, & ſic de aliis.

¶ Pręterea, Si non ponerentur uirtutes morales infuſæ, ſequeretur quod baptizato puero, uel adulto quaſi neutrali ſecundum uirtutem, uel vitium acquiſita, non ſufficienter prouiſum eſſe[t], quia perfectus eſſe[t] reſpectu finis tan[...] ex quo nullam mo[...] lem infuſam aut acquiſitam haberet [...] tutem. Et ſi non po[...] ſet ſequi operatio perfecta in appe[...] inferiori, quia [...] exiſtente imperfe[...] operatio non pote[...] ſequi perfecta: ſe[...] tur enim deteri[...] rem partem, ut con[...] cluſio in ſyllogiſm[...] Dicito ergo, quod [...] cut ex articulis [...] dei multa dedu[...] mus credenda ex [...] lis, ita ex theolog[...] uirtutibus reuela[...] uirtutes morales [...] ducimus ponend[...] in anima, ut patet [...] dictis. Ad ratione[...] ergo in oppoſit[...] dicitur, quod nece[...] tas ponendi has u[...] tutes eſt ex fine [...] ginaliter non in[...] ſed in his quæ ſu[...] propter ſe. opor[...] enim animam d[...] ne ſe habentem a[...] nem, diuine quoq[...] ſe habere ad ea[...] ſunt ad finem, ſ pro[...] portionata omni[...] ſe debent. Opor[...] etiam ponere e[...] dem propter me[...] ſeu medium, na[...] ſicut in uirtutib[...] acquiſitis ſynder[...] non ponit medi[...] niſi mediante pru[...] dentia, & morales [...] petitiuæ medium [...] lud exequuntur, ita in infuſis fides finem ultimum firmans, & largiens mediante prudentia infuſa medium moralibus infuſis imponit, & illas oportet medium illud habilitare. Fides ergo medium non dat niſi remote: prudentia autem infuſa proxime. oportet autem Dei opera perfecta eſſe, & ut prima, [...] proxima habeantur principia. Ex parte quoque obiecti oportet eaſdem ponere, quia aliud eſt loqui de obiecto formali, & aliud de materia uirtutum. Et licet per ſeptem illas uirtutes perficiamur circa omnem materiam, non tamen circa omne obiectum formale, ideſt, perficimus circa omne obiectum, ſed non ſecundum omnem rationem formalem, ut patet ex dictis. Ad [...] autem quod additur, quod uirtutes morales acquiſitæ, ut imperantur a charitate, ordinantur ad ultimum finem ſupernaturalem: reſpondetur quod hoc uerum eſt, ſed non ſufficit, quod du- K pliciter patet. Primo, quia ad ipſum non ordinantur acquiſitę, ut ad proportionatum ſecundum ſe, ſed ex parte ordinantis tantum: uirtutes autem morales infuſæ ordinantur, ut ſecundum ſe proportionatæ ad talem finem ſupernaturalem. Cùm enim utroque modo contingat aliquid ordinari ad ſupernaturalem finem, ille actus ordinatur in illum ut proportio natus ſecundum ſe, cuius proximus finis in illum ordinatur. Conſtat autem quod bonum ſecundum regulam diuinam, quod eſt proprius finis moralis infuſę, & bonum ſecundum humanam regulam, quod eſt proximus finis acquiſitæ, ita ſe habent, quod hoc eſt humani, illud diuini ordinis, & conſequenter hoc ex alio tantum, illud etiam ex ſe habet, quod ad Deum ſupernaturalem finem ordinetur. Secundò, quia vt ex ſupradictis patet, uirtutes morales ordinantur a charitate ad Deum, ut res improportionatæ ipſi charitati, utpote inferiores ordinis: oportet autem charitatem media habere ſui ordinis & ceter. Accedit ad hoc in d[...]

di. 33. q[...] .2. q. 4. [...] .14. q. 2. [...] ad 4. & [...] .q. 1. ar[...] 4. & [...] 1. ar. 10. [...] 8. & 9. [...] c. ar. 4. [...]

[...]55. ar. 4[...]

54. ar. 2[...]